

A dono dedit, & miraculum, quod annulum assecuta erat, narra- vit. *Sabell. l. 7. En. 4.*

Qui hominum ex Ethnicis aut major fuit, aut augustior Romulo, qui urbem condidit omnium, quae unquam in ter- tis fuerunt, praestantissimus! Huius mater Rhea Ila, sive dae- monis eujusdam, ut ipsa videtur voluit, sive hominis compres- su gravida, se geminos concepisse, affirmare ausa est. Quae res, quia eventus non defuit, plus illi in discrimen capitis ad- ductae profuit, aut certe prodesse debuit ad salutem, quam ce- remonia sanctitas, quae laeta Vestale degravabat, aut regium stemma, in quo accusatorem invenit, *Sabellian. l. 7. 1.* Sunt qui de ortu ejus fabulosa planè referant. Spectrum Tarchetio Albanorum regi, homini terribilo & saevissimo, divinum do- mi oblatum: Genitale ex foco ejus masculini sexus exiisse, permulsoque dies comparuisse: atque oraculo, quod in He- trucia Tedyos erat, responsum, Ut virgo cum specto coiret, ex qua filium virtute clarissimum, fortunaque & robore ori- turum insignem. Hoc responsum Tarchetius cum uni ex fi- liabus exposuisset, iussissetque, cum Genitali illo ut jungeret se: eam, quod apernaretur, summississe ancillam, Tarchetium, ut recivisset, graviter offensum, ambas in vincula conjecisse, morte vindicaturum. Sed cum Vestia illi in somnio oblata, deterruisset eum à caede, telam in vinculis texere puellas ius- sisse, ex legte, ut ex dextera elocarentur: atque illas texuisse interdu, nocte mandato Tarchetii alias retexere telam solis- tas. Cum ancilla ex Genitali illo geminos esset enixa, Tera- tio cuidam Tarchetium necandos tradidisse. Illum ad fluvium ripam eos exposuisse: lupam inde accurrentem lactasse, a- veque diversis generis alimenta minuta ori indidisse: bu- bulicum tandem re cum admiratione conspexisse, confedere ausum, infantes sustulisse. Ad hunc modum educatos, in- vasisse eos Tarchetium, & superasse. Haec Promotio in historia, quam scripsit de rebus Italicis, retulit. *Plut. in Thebo.*

Tarquino Prisco regnante, tradunt, repente in foco ejus apparuisse genitale è cinere masculini sexus, eamque, quae in- federat ibi, Tanaquilis reginae ancillam Ocrisiam capivam, confurxerisse gravidam. Ita Servium Tulliam natum, qui in regno successit. Inde & in regia cubanti puero caput arsisse vitium, crediturque Laris familiaris filium. Ob id compi- latis & ludos Laribus primum intulisse. *Plin. lib. 36. cap. 11.*

P. Scipionis Africani, qui Annibalem vicit, mater diu ster- tilis fuit, ipso etiam P. Scipione marito factum desperante. Tandem cum absente marito sola cubaret, visus repente iux- ta eam cubare ingens angios, qui statim disparuit. Angures sacrificio facto pregnantem fore reulerunt. Decimo mense exacto peperit. Eodem planè modo Olympias Philippi regis, uxor Alexandrum Magnum concepisse dicitur. *Get. lib. 7. c. 1. ex C. Oppio & Julio Hygino.*

Tranquillus auctor est, in Aesclepiadis Mendetis libris le- gisse se Acciam Augusti Imp. matrem ad solenne Appollinis sacrum media nocte ingressam, posita in templo lectica, dum cetera matronae quiescerent, eam quoque obdormivisse. In- teritum draconem lectica leviter allapsum, ac mox paulo inde egressum, eamque expergestam se velut à concubitu mari- ti purificasse, ac jam inde in ejus corpore velut draconis mac-ulam extulisse, quae haud amplius eximi poterit, adeo ut jam inde publica balnea frequentare non sit ausa; Augustum- que decimo post mense natum, ob eamque rem Appollinis Dilem existimatum. *Sab. l. 8. En. 6.*

Merlinum vatem ex demonis concubitu genitum tradunt Britannorum historiae, & *Vincenius l. 21. c. 30.*

Ex Tir. Filii patris similes, vel dissimiles, huc que- dam exempla, quatenus parentum claritate illustran- tur in utramque partem.

NOBILES GENERE.

Reges Lacedaemoniorum ad Herculem genus suum refe- rebant. Titiameno namque Orestis F. regnante, in Pelopon- nese Heracleus redierunt, & ex oraculo Aristomachi ex Aristodemo F. nepotibus Eurythenti & Procli regnum dela- tum à Messeniis & Argivis: duaeque familiae regiae ortae, Agi- darum ( ab Agide Eurythentis F. ) & Euripontidarum ( ab Euryponte Prociis ex Soo F. nepote. ) Proinde Lycurgus cives ad temperatorem vivendi rationem traducturus: Nec nobis, inquit, o cives, nobilitas & ductum ab Hercule genus proderit, nisi omni studio & opera illa ipsa gesserimus, per

que ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus E- xstitit, ac per omnem vitam, quae honesta sunt, & discamus & exerceamus. *Plur. in Lacedonia.*

Epiniondae Thebano, duci claris. Graeciae parenti, ma- jores valde illustres generis claritate fuerat: ac pater Poly- nis tenusore re familiaris, quam alius praemediocri quivis. *Pausanias in Boeoticiis.*

Pericles tribus fuit Acamantides, curia Cholargensis, fi- milia & genere ab utroque parente clarissimus. Xanthippus enim, qui praeflo Mycalensis regis dices fudit, uxorem duxit Agaristen, neptem Calisthenis, qui progeniem exegit Pisi- strati, tyrannidemque fortiter tulit: leges quoque tulit, ac Rempub. optimè composuit, & temperavit ad concordiam & salutem. *Plur. in Pericle.*

Prochionem Atheniensem, virum clariss. auguramur loci fuisse non omnino obscuri & abjecti. Neque enim, si fuisset ei ( ut Idomeneus autumat ) pater artifex cochlearius, qui sexcenta collegit & objecit ei convitia, generis novitatem Glaukipus Hyperidis filius praetermississet: neque mores adeo liberales & honestos vel institutionem foris esset: in Pla- tonis admodum adolescens, & post Xenocrati fuit in Aca- demia auditor, studiorumque à prima aetate sectator optimo- rum. *Plur. in Phocione.*

Josephus historicus Judaeus, in generis sui nobilitate de- scribenda sollicitus est, quod paternum quidem à sacerdoti- bus, maternum ab Atamonais principibus ducat. *Vide vit. illius.*

C. Julius Caesar quaeor Juliam amitam, uxoremque Corne- liam, defunctas laudavit è more pro Rosfris, sed in amita quidem laudatione, de ejus ac patris viri utraque origine sic refert: Amia mea Julia maternum genus de regibus or- tum, paternum cum diis immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco Martio tunc Martii reges, quo nomine fuit mater: à Venere Julii, cujus generis familia est nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent: & ceremonia Deorum, quorum ipsis in potestate sunt reges. *Svetonius.* Nempe in Juliam Aeneas filium genus referebat, & per Juliam in Venerem. Julia gens ex Alba longa in urbem à Tullio rege traducta est, & inter patricias allecta. Iacredo idem Veneri templum struxit, quod Veneris genitricis appellavit.

Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Caesarum domum, sed haud dubie nobilit. magnaque & vetere prola- pia, ut qui statuarum titulis pronepote se Q. Catuli Capiti-olini semper adscripsit: Imperator verò etiam stemma in ario proposuerit, quo paternam originem ad Jovem, mater- nam ad Paphianum Minois uxorem reiecit. *Svetonius.*

Tacitus Augustus, qui ob summam sapientiam, magna consen- sione Senatus ac legionum, Imperator creatus est, ad Corn. Tacitum historicum suae stirpis originem detulit, ejus- que libris bibliothecae omnes complevit: tametsi efficere non potuit, ut integrum haberemus. *Vopiscus.*

Paulam Romanam matronam D. Hieronymus in Epita- phio laudat, quod nata sit patre Rogato Graeco, ex Agamen- nonis stirpe oriundo: matre Bleffilla Romana, ex Scipionum Graecorumque familia: virum habuerit Troxotium claris- simum, sanguinem suum ex Aeneae & Juliorum cognatione trahentem.

Sub Theodorico rege Francorum, Austrasiacis duces crea- runt Martinum & Pipinum Crafum fratres patruales. Occi- sio eorum Ebroni Magistro equitum infidiis Martino, rerum arbitrium ad Pipinum delatum est, qui postea Magister equi- tum fuit. Ex amplis, familia, & tam vetere nobilitate na- tus erat, ut cum auctor generis, origoque prima ignoraretur, quod multi ejus stirpis, Antichisti vocati invenirentur, ab An- chisti Trojano eos oriundos perireque jactarent. *Amiliius l. 1.*

OBSCURO LOCO ORTI, QUI CLARI

valere.

Eruditione, Sapientia nobilitati.

Piscatorumque filii fuerunt Petrus Apostolus ac Joannes Evangelista, tantumque his iniis postea divinae gra- tiae virtutisque assecuti sunt, ut nominis sui sanctimoniamque magnitudine totum tetarum orbem releverunt: quorum memoria jam post tota saecula apud Christianos omnes, ut qui in caelestium numero primarius locis à Deo recepti cre- duntur, summa in veneratione est. *Fulgos. l. 3. c. 4.*

Anacharsis, Hybrida fuit, h. e. Scythia, patre Gnyro, matre Graeca natus: Scythia suis non ingentia, sed eruditionem tantum deesse ostendit, quò minus in literarum excellentiam cum Graecis contendat. *Laertius.*

Aelchi-

A Aelchis oratoris, magai illius Demosthenis antagoni- sta, fama major est, quam ut illius testimonio egeat: & tamen ab Aelchis traditum est, Athenis natum patre inopi abjectoque, in tantum, ut publicè lucanicis vendidaret. *Ful- gosi. l. 3. c. 4.*

Nicodocus, ex obscuris parentibus natus, diu pugillato- riam artem exercuit, saepeque victor in stadiis proclamatus est. At cum in extremo aetatis suae tempore vires deficerent, apud Mantinentes legislator justissimus factus est, & in rei- publicae gubernatione longè utiliorem fe patriae civem praes- titit, quam cum in palaestra victor pronunciaret. *Aliaimus l. 2. de Va. lib.*

Socrates Appollinis oraculo sapientiss. judicatus, Phana- rete matre obitricice, & Sophronico patre marmorario ge- nitus, ad clarissimum culmen gloriae excessit: neque immere- to. Nam cum eruditissimorum virorum ingenta in disputa- tione caeca vulgarentur, mensuratae Solis & lunae & cetero- rum siderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi ambitum comple- xi audent; primus ab his indoctis erroribus abductum ani- mum suum, intima conditionis humane, & in secessu pe- ctoris repositos affectus scrutari coegit: si virtus per se ipsam a sumere, vitia magister optimus. *Val. Max. lib. 3. cap. 4.*

Antisthenes Atheniensis philosophus, cuidam opprobri- ant, quod esset Hybrida, hoc est, non è duobus ingenis natus, sed ex patre Atheniensi, matre Phrygia: Nec è duobus, in- quit, iudicatoribus natus, & tamen iudicator sum. Alteri cui- dam objicit matrem Phrygiam: Est deorum, inquit, mater Phrygia est. Socrates cuidam dicenti, Antisthenem philoso- phum matre barbata natum esse, patre autem Atheniensi: Quid, inquit, in tu putas virum adeo praclarum ex utroque parente Atheniensi nasci potuisse? Faceret vir sapientiss. nota corruptos Atheniensem mores. *Laert. in ejus vit. Erasf. l. 3. Apophtheg.*

Softratus tibicen, cum ei paternum obscuritas à quodam objiceretur: Atque (inquit) propter hoc ipsum admirationi magis esse debebam, quoniam genus à me incipit. *Stob. serm. 84. Maximus serm. 63. ad Socratem refert.*

Demosthenes Atheniensis, pater ejusdem nominis admo- dum paupere, ut qui cultellos factitaret, studio & indu- stria in summum oratorem evasit. *Volaterranus lib. 15. An- throp.*

Euripidis tragicorum principis mater olera vendidit, pater incertus est. *Val. Max. lib. 3. c. 4.* Proinde Scandicem Ari- stophanes Euripidi poete objicit joculariter, matrem ejus ne olus quidem legitimum vendidisse, sed scandicem. *Plin. lib. 22. c. 22. & Suidas.*

Menedemus Eretrienfis, pauperis architecti filius, Phaxdi discipulus, nobilis inter Socraticos philosophus fuisse dicitur, ita ut illi statum fuerint postea. Quam aliquando decre- tum tulisset ad populum, quidam ita tergit illum, ut dice- ret: Non esse sapientis neque tabernaculum confuere, neque decretum scribere. Subnotans, quod ex patre cortiario na- tus esset, ipse quondam ejusdem opificis; nam olim taber- nacula è pellibus caprarum confuebantur. *Laertius libro 2. cap. 18.*

Bion genere Borythenites fuit. Cum ab illo rex Antigonus sciscitaretur:

Tic nōdu ēs ab dōm, vōdi mī nōis, nō vōdēs; *Edrum nomen, patriam, genus, atque parentem.* sentiens se ab aliquo traditum fuisse apud regem, sic respon- dit: Pater quidem meus libertus fuit, cubito se tergens ( si- gnificabat autem, illum succidam & lardum vendere solitum ) Borythenites genere, non habens faciem, sed in facie scri- pturam acerbillimi domini: mater autem ex Ipanari, nimirum quam hujusmodi docere potuit. Deinde pater nescio, nescio quid in tem publicanorum committens, cum toto domo venundatus est. Me adolescentulum haud ingratum orator quidam erit. Is moriens, mihi omnia reliquit. Ego tabulas ipsius exurens, Athenas concessi, ubique philosopha- tus sum.

Taurus tūc pueris, tūc nōpōis & nōpōis ēvōs. *Hujus me esse patriis, generis me glorior hujus.*

Idem Antigonus alia eandem ob causam sic allocutus est: Atqui d rex bene facis, cum indiges sagittariis, quod non interrogando genus, sed fecum proponendo, optimos illorum tibi deligis. Si moriens, mihi omnia reliquit. Ego tabulas ipsius exurens, Athenas concessi, ubique philosopha- tus sum. *Stob. Serm. 48.*

Pythagoras Samius philosophus, ob doctrinae magnitu- dinem, fuit & Mandroni siculnae navis.

L. B. Theat. Vita Human. Tom. IV.

dinem, ejus secta princeps fuit, quam post Italicam nomina- verunt. Nexarchus pater ejus, in tenui fortuna, anulorum sculpro fuit. *Fulgos. l. 3. c. 4.*

Tyranni philolphi, Lesbii genere ( qui tanquam divinitus datum loquendi genus haberet, Theophrastus postea fuit appellatus ) sullo pater fuit. *Idem.*

Alphenus Varus Cremonensis, tutor profectus Romam, sub Ser. Sulpitio, ad tantam civilis disciplinae scientiam per- venit, ut consul factus fuerit, & mortuus (quod raris contigit ) de publico sepulture honorem assecutus sit. *Idem.*

Virgili Maronis pater figulinam exercuit, aut etiam, ut quidam alii, operarius fuit. *Idem.*

Horatium Flaccum, Lyrici carminis venustus, & Statium Papinum Thebais ac Sylva ad grande nomen extolere, licet utrique libertinus parens esset. *Idem.*

D. Hieronymi Stridonensis, Doctorem Ecclesiasticorum praecipui, pater Eusebius, pauper fuit, & ignobilis: ita ut Hieronymus ipse in *Epistola ad Nepotianum*, ( se in paupere natum domo, ac rusticano tugurio, velci coactum milio ut pane cibario, scribar. )

Joannes Antonius, natione Campanus, Theramenfis Epi- scopus, omni scriptorum genere nulli aetate nostra secundus ( utpote qui priscorum in dicendo laudem, si non superavit, aequare saltem visus est ) Cavellis Campaniae pago ( unde ei Campano cognomen fuit ) ortus est, atque in eo puer pas- toritiam, ut ante pater, atque ejus majores, exercuit. Natura deinde juvante, literarum profectus in tantum percepit, ut ( schola Perusinae diu praefuerit : mox à Pio II. praefectus in Catherberio Senensis Cardinalis fuit. *Volat. 21. & Fulg. l. 6. c. 10.*

Ipse Turcarum Imperator, sapiens Eunuchum mancipium dominio suo & ingenti exercitui praefecit, ejus animo confi- dens, quem nulla formidine posse affici, exploratum habe- bat. Nonnè Ganimeses, regis Aegypti eunuchus, Caesari atque universo exercitui Romano restitit? Legimus etiam eunuchos apud Persas regnasse, atque alios magnis provin- ciis praefuisse. Sed ne tam longinqua exempla petamus, Basia, qui Aegypto, Syria, & Arabia praefectus erat, dum Cairi esset, eunuchus erat, cui Turcarum Imperator non minus fidebat, quam strenuissimo universi sui domini praefecto. *Petr. Bellonius, l. 3. c. 29.*

Prudentia & Fortitudine bellica.

Consule Tit. Fortes duces, quatenus bellicis artibus illustrantur.

Themistocles patrem habuit Nioclem minus clarum ci- vem Atheniensem, Phearium curia, tribu Leontide. Genere materno nothum ferunt, ut ostendunt hi verus:

Abrotonium sum Thressa quidem, Graecis tamen illud Dico Themistoclem me genuisse decus.

At Phaniae Carinam, non Thressam, neque Abrotonium, sed Euerpem prodidit nominatim, Neantes praeterea patriam ei Halicarnassum Cariae attribuit. Quapropter cum nodi in Cynofarges coirent ( gymnasium id Herculis, est extra me- nia: quod nec ille iustus deus, sed nothus ex genitrice esset mortali ) induxit nonnullos Themistocles ex nobilitate juve- nesc. ut in Cynofarges comitarentur, secumque ungerentur. Quare callide videtur, nothorum & legitimorum sustu- lisse discrimen. *Plur. in ejus vita, & Aliaimus l. 12.*

Iphicrates Atheniensis, pater futore natus, posteaquam Lacedaemonios prelo devicit, atque Epaminondaeferos animo retulit: in eam existimationem venit, ut Perfarum rex Artaxerxes, Aegypto arma illaturus, ducem eum quaesierit. Initium gloriae inde consequutus est, cum ipse faucibus hostem armatum & vivum corripuit, & in suam navem transtulit. Hinc Harmodius cum haberet contemptum, quod ex parenti- bus esset abjectiss. Meum ( inquit ) genus à meipso sumit initium, tuum autem in te fuit. *Plur.*

Callitratides, Philippus & Lyfander, Mothaces in Laca- daemonia vocabantur. Quod nomen imponebatur iis, quos patres in Gymnasia locupletum exercituum mitterent. De iis Lycurgus, qui id conceperat, legem tulit, ut qui in li- berorum disciplina permanent, eis ad publicas dignitates & officia gerenda in repub. Lacedaemoniorum aditus pateret. *Aliaimus l. 12.*

Mandro quipiam ex naviculario factus est Imperator, Hinc adagium, Fuit & Mandroni siculnae navis.

H 2 Phocion



A Phocion Atheniensis, Justus cognomine, patrem habuit, qui coelestia confecerat. *Plur.*  
Spartacus Thrac, Romæ ludo gladiatorio Lentuli cum profuisset, cum quatuor ac septuaginta aliis gladiatoribus confecto septuaginta militum virorum exercitu, triennium cum Romanis bellum gessit, partis ingentibus victoris. *Fulg. lib. 6. c. 10.*

Vitarius Lusitanus, ex pastore latro in Hispania cum Romanis quatuordecim continuos annos bellum gessit, e exercitibus ducibusque totum victis, atque etiam captis. M. Ventidium prætorum, & Cn. Plancium vicit, C. Nigidium oppressit. *Fulg. lib. 3. capit. 4. ex Livio & Cæcilio.*

Narjes obscuris natalibus, insuper eunuchus, Justiniano Imperatori a secretis, ac regia gazæ præfectus, deinde cum exarchatus honore in Italiam missus, Gothos subegit: Italiam XVII. annis tanta prudentia iustitiæque rexit, ut cum à Sophia Augusta, Justinii II. (qui Justiniano successerat) conjuge, per invidiam revocatus esset, Italia ab Augusta rebellare potius decreverit, quam illi parendo perpeti, ut Narjes exarchatu cederet. Joannis autem III. pontificis opera postea Justiniano reconciliatus, consul creatus fuit. Per id tempus & Romæ & Venetiis, de manibus atque hostium præda, permulta templa condidit. *Idem.*

Jacobus Parisiis, obscuro loco natus, cum puer adhuc nauticæ rei vacaret, paulatim per omnes dignitatis gradus in maximis rebus evehctus, à Petro Mocenico rei maritimæ Venerorum Imperatore in summum principemque locum advocatus, quem Arabico verbo Admirantium appellamus; ita se gessit, ut nullius post Imperatorem ipsi illi illustriusque nomen in tota classe haberetur. Hujus igitur fortis felicitæ opera Mocenico Imperator semper usus, à Caranica expeditione contra Turcas sic excoluit, ut hujus potissimum ductu, Corycois urbs Ciliciæ primùm, mox Seleucia de Turcarum manibus erepta sit, cum ipsa Sichino, aliisque aliquot castellis. *Egnat. lib. 3. cap. 4.*

Jac. Mutius Attendulus, Cotoniola, tenui vico Amylia via inter Faventium Ravennamque urbes oritur, qui postea Magnus Sfortia nuncupatus, Sfortianæ genti primùm nomen dedit. Joannem patrem habuit agrorum cultorem. Ipse castra secutus, prima militiæ rudimenta sub Bolderino celebri dace inter lixas calonesque posuit, virtuteque ad eum concessit locum, ut Joannæ, quæ postrema Andegavenis generis Neapolitani regni summum militarium copiarum dux esset, & post obitum Bolderini, magni Consuetabilis honorem gesserit, multorum populorum in eo regio imperium affecit. *Egnat. lib. 6. c. 9. & lib. 3. cap. 4. Fulg. eodem.* Et, quæ à Sergio magno Senecalcho, ad exprobandum generis novitatem, ligonis fabula objectaretur: In hoc, inquit, ut video, stipsis origine pares sumus; quum Adam mortalium primus, terram & ipse foderit. Sed ego certè, quod jure distiteri non potes, illo meo ligone multo nobilior evasi, quam tu tuo pene & pena. Quo scominate lepidè hominem transfixit, quum in eo tantam cum invidia dignitatem stupro quaesivisset, & patrem ejus ad prætoris tribunal, ignobilem scribam asseretæque testamento falsi damnatum, scitissime notasset. *Paulus Jovius in vita Sfortiæ.*

D Catamela pistoris Narniensis filius, lignatum puer à patre missus, amissis in sylva falce lignaria, dum patris iram vereretur, prætereuntem secutus est militem. Brevi autem is evasit dux, ut à Veneto senatu, virtutis ergo propter res bene gestas contra Philippum Mediolani ducem, statum equestrem in maximè celebri Patavii loco positam solus ea tempestate meruerit. *Pomponius lib. 1. c. 5. de Fortuna, & Egnat. lib. 6. cap. 9.*

Nicolaus, ob brevitate staturæ, Picinus dicitur, à lanio patre apud Perusium editus, cujus etiam ignoratur nomen, tantum postea militari laurea clarus evasit, ut necias, quem illi prætere in hoc genere possit. In Hebrutia adversus Florentinos, & in Umbria Picenoque contra Franciscum Sfortiam in Calabria Gallia Venerorum imperatorem res gessit maximas, & Philippum Vicecomitis dignitatem & imperium fortiter tutatus, ejusdem post perfidia Mediolani perit. *Egnat. lib. 3. c. 4. & Fulg. eodem.*

Blisus Axareus Genensis, avarice patre orsus, & ipse in tabellinorum ordinem aditus, quod una tantum triremi piratarum triremem ceperat, tantum sibi nominis comparavit, ut classis sue Genenses adversus Alphonsum Siciliæ regem eum præficerent, quo tempore arcta obsidione Cajetam urbem

premebat. Navali itaque prælio regem unà cum Joanne fratre Navarrae rege, magnoque principum atque equitum numero, devicit, accepit. *Fulg. lib. 3. c. 4.*

*Dignitate sacra. Ad Pontificatum, Cardinalatum eveelli homines obscuro.*

Villegisus in Saxonie pago Sroningen, patre fabro plaustrorum natus, Othone II. Imp. cujus facellanus erat, ad Archiepiscopatum Moguntinens. evehctus, ordine 34. omnibus in locis rotam plaustrum depingi curavit, cum hac inscriptione: Villegisus, quis sis, quis fueris, memento. Mos inde obrinuit, ut rota hæc Archiepiscopo patri Moguntino profingni data fuerit & confirmata ab Henrico II. Claudio. Fuit autem Villegisus primus inter Archiepiscopos Moguntinos Imperii Elector, & Othonis III. præceptor. Obiit anno Christi 1011, cum præfuisset annis 36. *Braschius.*

Sixtus I. pastorali ortus tugurio, ad summum Pontificatum confendit. *Plinius.*

Joannes XXII. Pontifex, Gallis natione, patre cerdone, ad Pontificatum virtute atque doctrina confendit. *Fulg. lib. 3. c. 4. & Egnat. lib. 4. c. 4.*

Robertus, fabri ferrarii Carnotensis filius, ad Arrebatensem Tornacensemque simul Episcopatum evehctus est. *Fulg. lib. 6. c. 10.*

Innocentius IX. ab ineunte ætate coactus ob paupertatem famulari, & inter Alphonsum Siciliæ regis ministros vicium sibi comparare, Xysto IV. successit in Pontificatu.

Thomas, natione Lunensis, civis Saravenensis, cujus mater ova & pullos vendebat, sub Friderico III. Imperatore, cum primò medicus esset, subsidiaconus factus, Bononiæ studii incubuit, adjutus benignitate Nicolai Albertogi Cardinalis S. Crucis. Missus deinde cum Joanne Carvajala Hispano ab Eugenio, in Germaniam, Basilienis Concilii, ac neutralitatis (ut vocabant) tollendæ gratia; fautorem tunc Romani pontificis Æneam Piccolominum, qui postea Pius II. fuit, apud Fridericum Imperatorem nactus, omnia ex toto reportavit, ac sic in senatus ordinem receptus, ad summum quoque Pontificem creatus est, anno 1447, & Nicolaus V. vocatus. *Volat. lib. 1. c. 22. Anthrop. & Fulg. lib. 3. c. 4.*

Franciscus Ruverens, Minorum fratrum ordinem professus, Savonenis civis, Pontificatum sub Sixto IV. nuncupatione adeptus, patre naviculario orsus est. *Idem.*

Pius II. Senensis, Æneæ nomine, genere Piccolominus, apud Corsinianum castrum Senenium ob paupertatem parentum natus, in ipsa adolescentia peregrinatus, cum magna præ se ferret indolem atque ingenium, in Friderici Imperatoris dignationem venit, ejuque magister epistolarum factus, à Nicolao præful Thegesinus, deinde Senensis, mox à Callisto Cardinalis, denique ejus successor factus est. *Volat. lib. 1. c. 22. Anthrop.*

Joannes Vitellius, patria Cornetanus, Patriarcha Alexandrinus, ex humili loco in senatum aditus, à Pontifice deinde Eugenio IV. legatus Romam missus, tumultum compressit. *Volat. lib. 1. c. 22. Anthrop.*

Joannes Balva, natus in Pictonibus, caligarij factoris filius, astu felicitateque Ludovicum XI. Gallorum regem unus pro arbitrio regens, per eum ad Cardinalatum confendit. Deprehensus in regem conspirasse, in vinculis diu habitus, ac demum Sixti Pontificis opera liberatus, Romam inopis venit. Sub Innocentio IX. mortuus ingentes reliquit opes. *Fulg. lib. 6. c. 10.*

Getardus Blancus Parmensis, patre agricola natus, à parochia literas didicit: inde Parmam profectus, serviens civibus tantum promeruit, ut pueris alphabeteriis cujusdam nobilis præficeretur. Cum quibus Bononiam abiens, Legibus operam dedit, sic ut in curia Rom. causis ageres, & à Nicolao III. Cardinalis creatus, legatusque Neapolim missus, Carolo II. regi, licet frustra, diffusisset, ne tantum regnum fortunæ ludibrio committeret. Verum Carolus plus cupidus fortunæ, quam regni metuens, classe victus à Petro Aragonum rege, Siciliæ regnum amisit, & in hostium potestatem venit. Neapolitanum regnum ne Petro se le dederet, solus Gerardus consilio & amicus efficit. *Garimbertus lib. 4. de Vitiis pontif.*

Gabrielletus Hispanus, puer in Cardinalis Acanii Sfortiæ aula canibus præfectus, mox loco, inde cubiculo Acanii, tandem opibus & auctoritate auctus, Archiepiscopus Barchinæ, Patriarcha Indus, & à Clemente VII. Cardinalis creatus, in magna

A magna apud omnes gratia, præsertim verò apud Carolum V. Imperatorem. *Idem.*

Hadrianus VI. pauperibus ortus parentibus, literarum beneficio Caroli V. Imp. pueritiam rexit, ejuisdemque studio ad Pontificatum tandem pervenit. *Jovius in ejus vita.*

Antonius à Prato, patre & patria incerta natus, pedagogum egit, tandem in Gallia Leges professus, à Francisco I. rege Cancellarius magnus, à Clemente VII. Cardinalis creatus, & legatus per Galliam, magnis opibus auctus, earum magnam partem in nothos suos transiit. Cum Ludovici fratrem Carolum, qui apud Burgundum exulabat, literis ad regnum occupandum invitaret, interceptis consiliis, in cavea ferrea vitam finire iussus est. Cum XII. ann. illic egisset, stragula & urina retentione le laborare simulans, & ad fidem faciendam urinam propriam clam bibens, Medicis sic imposuit, ut de ejus salute desperantes, auctores fuerint regi, intercedente præsertim legato Apollonio, ut eum liberaret, ne in Pontificis iram incurreret. Cardinale extincto, Romam inde fugiens, diu supervixit, & legationis etiam munere functus est, homo inquietissimus. *Garimbertus lib. 4. de Vitiis pontificum.*

Henrico IX. Anglorum regi ratione ætatis Ricardus Vintoniensis Episcopus, & Thomas Surræ Comes additi sunt consiliatores. Vintoniensis Comitis potentia invidens, ut eum quacumque tandem ratione deprimeret, tale quid commisit. Erat in familia regia Thomas Volæus sacerdos, patre natus lano, divinis literis non indoctus, unus ex eorum numero, qui quotidie coram principe rem divinam faciebant, homo sagax, ac ad quilibet agendum multò paratissimus, Hunc Vintoniensis privavit idoneum, quem ad latus principis adjungeret. Eum itaque præfectum largitionis regia: in opibus hominibus faciendæ, quem Elecomptarium dicitur, creandum, & in numerum consiliariorum regis adscribendum, in consiliumque cum primis adhibendum curavit. Hoc gradu factus, lenociniis & adulandi artibus regem ira sibi devinxit, ut eum perpulit, ut Reip. saluberrimum existimaret, si uni potius quam duobus æmulis regi gubernationi committeretur. Sic ergo rebus negotiis æ. credulo rege. præfectus superbia tumens, avaritia flagrans, vicijalia & tributa pro libito indicere, Episcopos invadere, nunc ad Francisci I. Gallorum, nunc ad Caroli V. Hispaniarum regis amicitias Henricum adungere cepit. Lincolniensis primùm, hinc Eboracensis Archiepiscopus, & regni Cancellarius, tandem & Cardinalis, demum Dunelmensis Episcopus, cum regibus ex æquatione existimans, cum ad summum & superbia & impotentia pervenisset, rex mandavit Henrico Northumbriæ Comiti, ut Volæum in custodiam includeret, quò sic superior fieri ac insanire delineret. Qui paulò post, dum Londinum duceretur, Lectellæ oblit, eodemque loco humanus est, anno Salutis m. d. xxx. & tunc regnare cepit Henricus IX. *Polydorus lib. 1. c. 27.*

Nostra verò ætate Sixtus V. maximus Pontifex, summi & acris ingenii, ex humili & abjecta domo, ac vilissima conditione, ad tantum honoris gradum, propria virtute majoribus preluens, ascendit.

*Dignitate profana. Ad Magistratus profanos eveelli.*

Saul F. Cis, è tribu Benjamin, inter Israelitas obscuro, patris sui afinas querens, à Samuele rex ungitur. *1. Reg. 10. & 11.*

D David tidem, Isai F. fratrum suorum minimus, pastor. *1. Reg. 16. & Ioseph. lib. 6. Antiq. c. 10.*

Hieroboam Nabath F. matre serva natus, Ephraezus, Salomonis regis servus, juvenis robustus, cum ejus robur in ædificandis muris Hierosolymæ Salomon miraretur, præfecit eum operi primùm, deinde tributo contribulium suorum Iosephorum. Huic ruri occurrit Archajas Silonius vates, & palium novum in duodecim disceptum partes, Hieroboam offert, moneteque, ut decem partes ipse acciperet: fore enim, ut regnum Israelitarum è manu Roboam filii Salomonis extorqueretur, eique traderetur. Hieroboam eo oraculo letus, vivente etiam Salomone, ad defectionem suos sollicitavit verum Salomonis insidiis cognitis, ad Seseæ Egypti regem profugit. Mortuo Salomone revertis, Israelitarum regnum occupavit. *3. Reg. 11. & 12.*

Eiher utroque parente orba, à Mardocheo patruo Babylone educata; repudiata ob invidiositatem Vastii regina ab Artaxerxe, ob formæ præstantiam ad regiam dignitatem pervenit. *Eiher 2. & Ioseph. lib. 11. c. 6.*

Amasis Aegyptiorum rex, cum ab Ægyptiis contemneretur. *L. B. Theat. vita Human. Tom. IV.*

tur, quò obscuro loco natus ad regium culmen pervenisset: E ex aureo vase, quod ad turpes usus servierat, Jovis simulacrum confecit, confectumque collocavit in urbis eminentissimo loco. Quod cum religiose coleteretur, indicavit, simulacrum ex eo vale constatum esse, in quo prius Ægyptii vomebant, mingebant, pedelique lavabant, nunc autem religiosissimè coli: eodemque modo sibi contigisse, qui prius plebejus, nunc eorum rex esset. Hac itaque fictione suorum subditorum animos sibi devinxit. *Herodotus lib. 2.*

Gyges, Candaus Lydorum regis pastor regius, anulum habuit, in quo erat gemma tantæ virtutis, ut ea ad se versa inconspicuis esset, verà verò ad alios conspicuis. Propterea legatus ad regem missus, annuli beneficio ipsum interfecit, & suprema regina rex è pastore factus est. *Plato lib. 2. de Repub. Roterodamus in proverbio, Gygis annulus. Cicero 3. Offic. Alter Herodotus lib. 1.*

Artaxerxes humiliter apud Persas loco natus, Imperium à Parthis ad suos transfudit, & Artabanum triplici prælio cum tota delevit familia.

Alpata Hermetimi filia Phocenensis, in orbitate & penuria, modestè tamen & liberaliter educata, cum forma cetera F virginis & morum simul honestate excelleret, Persarum regina facta est. Primò enim Cyro minori, à quo plurimum amabatur, nupsit: & eo interfecto, ab Artaxerxe ejus fratre in matrimonium accepta est. *Ælianus de Varia hist. lib. 12.*

Darius Hystaspis filius, Cyri pharetophorus fuit. *Herodotus lib. 3.* cum Cambysis satellitem facit. Anythas Philippi F. Aropæ servus esse creditus est. Perseus, quem Paulus Romanus expugnavit, natione Argivus, parente quodam ignobili prognatus. *Ælianus lib. 12.*

Artaces, premente inopia, latrociniiis per juventam operam dedit: coactaque exulum manu, quos Parthos nuncupant, devicto Seleuco & Mandragora, in regem Parthorum assumptus est: quos ita rexit, ut diem victoriæ tanquam natalem libertatis post multos annos sollemnem celebrarent: ejuque nomen tam sanctum esset, ut qui post illum regnarent Parthorum reges, cognomen Artacis sibi posterique sumperint. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2. & Fulg. lib. 3. cap. 4.*

Thermula, serva Italici generis, ob excellentem formam G à Phraate Parthorum rege in uxorem ducta, ad regnum Parthorum confendit. *Ioseph. lib. 18. capit. 3. Antiq.*

Perdicæas Macedonum regnum obtinuit in hunc modum. Tres fratres à Temeno oriundi, Gavanes, Exopus, Perdicæas natu minimus, ex Argo in Illyricis profugerunt: inde transgressi superiorem Macedoniam, pervenerunt ad urbem Lebcam. Ubi mercenariam suam operam regulocaverunt, unus quidem equis, alter verò bobus, minimus autem natu pecudibus pascendis. Erant autem prætorum hominum tyrannus in re numaria exiles, non solum populares facultates, adeò ut ipsi regi sua uxor coqueret cibaria. Hæc cum animadvertisset, panem pueri Perdicææ mercenarii, dum coqueretur, effici duplo, quam erat, majorem, idque semper contingere, indicavit marito: ille recognita, mercenarius, ut è sua domo discederet, imperavit. Illi mercedem petere. Rex id audiens, inquit, Hunc Solem dignam vobis mercedem reddo. Penetrabat autem in ædes per impluvium sol. Perdicæas igitur: Accipimus, rex, quæ das, inquit, gladio circumscriptis in pavimento domus solem: circumscriptumque cum ter in sinum suum hausisset, abiit cum cæteris. Hoc audito rex ita perditus, equites ad eos interimendos misit. Est autem in ea regione amnis, cui tanquam laboratorum immolant posteri illorum, qui ab Argo erant. Hic amnis posteaquam eum Temenidæ transfuerant, ita vehementer effectus est, ut ab equitibus transiri nequirit. Temenidæ in aliam Macedoniam plagam transgressi, sensim totam Macedoniam subegerunt. *Herod. lib. 8.*

Cumis Telephanes regnavit, qui Cumeniensem terram excoluit, & plantis frumentariæ consuevit. Lydi verò, cum gravi dominatu premerentur, atque audivissent, Cumæ quendam esse, missa legatione, in regnum eum accesserunt. Hic in officina fabri plaustrarii servus erat. Cui Lydi cum liberationis prædium persolvissent, eum assumpserunt. Cumque Cumenis quidam, qui currum ei fabricandum elocasset, abire prohiberet: atque multi, ne impedimento esset, jubèrent: non destitit, sed cum mordace quodam somnate dixit, sibi per magnum videri currum à Lydorum rege confectum possidere. *Hesiodides.*







A Galerius Maximianus, quem Diocletianus adoptaverat, & Caesarem fecerat, tradita ei filia Valeria, eximius & felix bellator fuit, ornus parentibus agrariis, pastor primum armentorum, unde ei cognomen Armentarii fuit: natus in Dacia Ripensi, ibique sepultus est: quem locum Romulanum etiam à Romula matris nomine appellarat, insolenter affirmare ausus, matrem suam (more Olympiadis, Alexandri magni genitricis) compressam à diacone, concepit se. Culp.

Licinius à Galerio Maximiano adoptatus, oriundus è Dacia, parentibus agricolis, extrema pueritia militavit. Hinc tribunus militum, bello contra Narsen Persarum regem optime se gessit, duci postea semper gratus. Idem.

Constantinus Magnus Imper. genitus fuisse perhibetur à patre Constantio Pio, matre Helena (ut tradunt annales Britannorum, Coel regis Angliæ filia: sed Ambrosius fabulariam vocat, hoc est, caponariam, inter Britannos natam humili loco, ob formam Constantio patri tantum dilectam) quam Constantinus, dum Maximiani Herculis (à quo adoptabatur) privignam Theodoram duceret, coactus fuit deserere.

B Culp.

M. Jul. Philippus Arabs, Vostris Arabiae urbe ortus, patre latronum ductore, teste Aurelio. A teneris relicto patrio solo, militare cepit, & per gradus ascendit: Comes ordinis, deinde dux à Gordiano, praefectus praetorio creatus, & exercitui praefectus, eum tandem de imperio deturbavit. Idem.

Ablabius Aegyptius, humili loco natus, praefectus praetorii Constantini principis, & unà cum Constantino filio Imperii rector constitutus. Euseb. in vita Aedess. & Polat. lib. 13. c. 2. Anthropol.

Ad Imperium à seditioso exercitu in Germania adversus Galienum evectus Marius (quoniam triduum tantum post creationem vixit) in prima juvenia ferrarius faber fuit, quod ei in contumeliam, à percussore, qui eum interemit, obiectum est, cum diceret, Marius ipsum ense excudisse, quo occidebatur. Fulg. l. 6. c. 10.

Nonofus in Britannia natus, patre inope, ac magistro ludi literarii, ad Augustale solium evectus est. Fulg. lib. 3. cap. 4.

C Eugenius tyrannus, ante magister ludi, mox Valentini III. à secretis scriba: postmodò Augustum se appellare ausus, à Theodosio eversus est. Ibidem.

Valentinianus I. Pannonius Imp. patrem habuit funes torquentem.

Athenais Leonitis Atheniensis Sophistæ filia, post patris mortem, Pulcheræ propter eruditionem infamata, Theodosii junioris Imper. nuptias meruit, & Eudoxia appellata fuit. Cyprianus.

Martianus humili genere natus, arte militari clarus, in Imperio, electus est, ducta Placidia Theodosii Imperatoris sorore. Idem.

Cum milites ab Anastasio Arthemio defecissent, appellatus est ab eis Caesar Theodosius quidam, Adramytenus genere, publicorum vectigalium exactor vel scriba, obsecurus ortus natalibus: sed ob comitatem omnibus charus, Anastasium in ordinem redactum sacris initiavit. Idem.

Mauricius Cappadox, vir strenuus, ex humili notario, Comes excubitorum à Justino ob diligentiam factus, hinc Caesar etiam, gener Tiberii, mox Augustus est. Idem.

Justinus, Thrax, ex utroque parente ignobilis, à teneris annis suum boumque cultos: post lignarii cuiusdam miser. Natus annos xvi. militare cepit. Hinc per gradus princeps ordinis in exercitu factus, mox Comes excubitorum, tandem à Senatu Imperator electus, ut labentem Rempubl. restitueret. Idem.

Leo III. Imperator ex Icaria, ubi sedentariam exercuit, cum parentibus Byzantium à Justiniano II. Imperatore traductus fuit. Eo pulso, commotus est Melembria, civitate Thracæ. Cum à Bulgaris Imperator regno restitueretur, Leo illi omnem facultatem obtulit. Itaque Justinianus eum Spachire dignitatis nomine insignivit, & in familiarium domesticorum numerum adiecit, & contra Amalios iussit. Ab Arthemio dux Orientis creatus, Theodosium III. Imperio dejecit. Idem.

Basilus, qui olim Abbat servierat, captivus Constantinopolim ductus, à Michaele Constantinopolitano Imper. in eam fortunæ magnitudinem evectus est, ut post Imp. pri-

mus haberetur. Demum, domino per scelus occiso, ad Imperium ascendit. Fulg. lib. 6. c. 10.

Michael Paphlago, humilis ortus genere, ob formam Zoe Imperatricis conciliatus, & inter cubicularios Romani Argopoli receptus, eo suffocato, Imperium arripuit: & Michaelem Calaphatem ducem, quod ejus parentes apud Paphlagonas pice naves obtulerent, nepotem ex sorore, Imperii successorem fecit. Culp.

Sadragessillus Dagoberri Francorum Regis pædagogus, à ludimagistro dux Aquitaniz.

Bamba ab aratro ad principatum, Leonis Romani Pontificis beneficio, evectus, electus in Hispanorum Regem, Mauros Hispaniæ littora cum classe ducentarum septuaginta navium ingressos, ingenti prælio fudit, classisque igni succendit. Rivus Neapol. lib. 2. Reg. Hisp.

Lamulus sive Lamillus tertius Longobardorum Rex, à matre meretricæ, cum sex fratribus eodem partu editis, in fossam projectus fuerat, ubi aqua stagnabat, quæ Longobardorum lingua Lama nuncupabatur. Fortè ibi ab Agelmundo Longobardorum rege conspectus, atque hasta tactus, cum eam firmiter apprehendisset, Agelmundus nutrici infantulum iussit: atque à Lama, Lamulum nominavit. Tandem Agelmundo in regno successit. Fulg. lib. 3. c. 4.

Cracus sive Crocus Boemorum Princeps, moriens tres filias reliquit: è quibus una Libulla saga paternum regnum suscepit, assumpto sibi in societatem thori & principatus Praemisso rustico homine: quem missi ad hoc equites, in fœdera tabula, hoc est, in vomere præcedentem repererunt: cujus posteritas longa & perpetua successione per multa sæcula Boemis præstitit. Cramerus lib. 2.

Mahometus inter Arabes obclarissimis parentibus ortus à puero dudens lucandique cæcus operam mercatori impendit. Quo mortuo, viduæ nuptus auctus, divinitatem mulata, coacta latronum manu, principatum gentis, in qua natus erat, occupavit: & non solum gentes omnes ad Orientem positas ditioni suæ subiecit, sed hæreses sue labi universum orbem infecit. Egnatius libro 3. cap. 4. & Fulg. lib. 3. cap. 4.

Othomannus primus Turcarum Princeps, agrariis parentibus ortus, principis generis obscurissimo, brevi tempore, latronum in Bithynia, quæ sedes illi fuerat, comparata manu vexare proximum quemque cepit: mox etiam castellum construere haud longè Prusia ausus, tantas vires sibi assumpsit, ut Græcorum etiam rebus infestus, partem multo maximam Asiæ ad se suoque traxerit: Orchoanoque filio xxxix. Imperii sui anno hæredè relicto, ingentes opes, & Bithyniæ fœrè totius sceptrum reliquerit. Egnat. lib. 3. c. 4.

Sultanus Aegyptus ex gentis regniq. instituto prius oportebat servos esse, quam ad eum honorem confederent manumque illam, quæ antrum tantorum regnorum septrum acceptura esset, necesse erat, antè defricandis equis, aut culinz immundis ministris deservisse. Ex tam fordibus iniuriis, in eam principatus sublimitatem efferbantur, ut ceti numina à populis suis colerentur: eique Aegyptus tota, item Arabia, Judæa, Palestina, Meopotamia, denique Syria omnis pareret: quorum singulæ partes quondam magnorum regum sedes fuerunt. Fulg. lib. 6. c. 10.

Abdemonio, qui setorius Africæ regem fecit, parens dicitur fuisse sigulus. Hic ope prophetarum Mahometanæ legis eum sibi populorum favorem conciliavit, ut pullo vero rege, regium nomen invideret: atque rex creatus, Africae magnam quoque Hispaniæ partem adderet. Fulg. l. 3. c. 4.

Mahumetes Avelanagiar Arabis, regnante Olphonio Legionensi rege, è bubulco, à Mauris, ad Beticæ, sive (ut nunc vocatur) Granatæ regnum fuit evectus. Fulg. libro 6. cap. 10.

Cum Mansor, Marocci Atlantici rex & pontifex, in venatione ventorum & tempestatum turbine in avia à comitibus distractus, nocte jam ingruente, ad tugurium Picatoris pervenisset: ab eoque, quamvis ignotus, & benignè tractatus, & pietatis nomine mirificè commendatus esset, insuper manè facto per cenosæ paludis virgines deductus ad comites: rex hominis hospitalitate delectatus, vicinas arces & palatia ei dono dedit, mienibusque cinxit. Epulæ potentia ita sensim crevit, ut 400. nobilissimas familias haberet. Io. Leo lib. 3. c. 72. Africa.

Tamberlanes (quem avorum nostrorum ætas armis iustitiaque prificis principibus æqualem, regi autem atque exercitibus magnitudine Xerxe majorem, nedum patrem vidit) à Scythis

A Scythis ortus est, patre pastore. Hinc à pastoribus per ludum rex factus, pecoribus venundatis Latronum princeps creatus, Persiarum regnum occupavit. En. & Fulg. lib. 3. c. 4.

Oliverius Dama, genere Belgæ, Ludovici XI. Gallorum regis tonsor, immensis congestis opibus, in eam apud regem gratiam pervenit, ut omnium consiliorum ejus particeps, permulta, quæ alios latebant, ipse nota haberet, volunisque de rebus multis legationes obiret. Cæterum mortuo Ludovico, ad illum ipsius Carolum XII. adhuc impuberem regebant, objectis quibusdam criminibus eum damnatum, Parisiis publice suspendio necarunt. Fulg. lib. 6. c. 11.

Joannius Carazolus Reticus, ignobili gente ortus, cum in aula Joannæ secundæ reginæ Neapolitanæ amanuensis esset, in ejus flammis Joanna incidit, & primum Avelinæ comitatu, sub uxoris dotis nomine, eum donavit: postea ad Mophitenem quoque ducatum, atque ad magnum Conestabulatum exulit. Cæterum qui finis esse solet infandi amoris, ab ipsa regina tandem crudeliter opibus honoribusque spoliatus, ac caecus fuit. Idem.

In Siciliam traiecit Robertus dux Calabriae, Caroli secundæ Neapolitani regis filius, atque in ea adversus Federicum urbem Panormum obsidebat. In castra Robertum virum Jolanta secuta erat: forèque venit, ut pariendi necessitas eam urgeret. Cum alia illic matrone non essent, obhæteric officium diligenter præstitit Catinensis mulier, Philippa nomine, quæ quondam picatoris uxor, penes lavandis victum quaritabat. Illi postea ortus puer alendus est datus. Qui etsi haud multo post deceffit, Philippa tamen in aula ad Jolantis servitia mansit. Præter ævo tempore Roberti culinæ Raimundus Campanus. Is servum Mauro emerat, quem baptismatis characterè insignivit, à nomine suo appellavit. Cum autem ipse ad majorem esse fortunam evectus, curavit, ut Raimundo Mauro culinæ præfectura traderetur. Inde Campano Raimundo Rex Philippam conjugem dedit, cum ante equestribus eum ornamentis donasset. Interim Jolanta deceffit, & Robertus Sanctiam ducit uxorem. Penes eam quoque honesto loco Philippa remansit. Ei, Robertus ad regnum evectus, Joannam primam ex filio Carolo Calabriae ducem neprem regendam dedit, & Philippæ virum domus administrationi præfexit. Cui in eo honore mortuo, filius sufficitur: & cum is quoque deceffisset, relicta Sanctia filia, Robertus alius frater in eo honore succedit. Interim avo patreque defunctis, Joannæ prima regnum accipit: atque Andrea patrueli, qui in Pannonia erat, nubit. Cum in hoc statu res essent, tanta fuit Philippæ felicitas & industria, ut filius ejus Robertus, è domus administratione præfectura, ad magni Conestabulatus honorem confederet: & nepis Sanctia Morconi comiti in matrimonio collocaretur, ipsaque arbitratu suo regi habenas moderaretur. Cæterum cum postea Andream Joannæ sustulisset, atque ex Andrea fratris mortem arma intulisset: à principibus Neapolitani regni, Ludovici studiosis, Philippa cum omnibus suis capta est, cum ipsa Andreae mortem molita putaretur. Habita per varia tormenta ejus rei disquisitione, omnes se ipsa quoque, inter omnium convicia, candentibus forcipibus totum dilaniata corpus, viva tandem combusta est. Fulg. lib. 6. c. 10.

Petrus Landoes, caligarij factoris filius, non quæstor tantum, sed obsequio & miris illecebris principis sui ducis Francisci, qui postremus fuit in Venetis & Morinis (quibus nunc Britonum nomen est) ceti dominus factus: in eam apud omnes invidiam venit, ut dicti nepos, Aurangiz princeps, atque alii quidam Britonici proceres, in ipsum manus iniecerint, & suspendio interemerint. Fulg. lib. 6. c. 11.

Jachus Cordes (Jaques Cœur) Bituricensis, qui inops, minor mercimonia per propinquam patriæ regionem vendebat, idemque ob rerum tenuitatem mercibus suis non insulioris modo nomen, sed iumentis quoque officium præstabat: postea apud Carolum VII. Gallorum reg. in eam pervenit gratiam, ut principis ipsos opum magnitudine superaret: & quod majus est, per eum Carolus regnum totum administraret. Fulg. lib. 6. c. 10.

Petrus Brochias, ex chirurgo per Philippum Gallorum regem dives factus, locum primum obtinuit inter eos, qui regii cubuli administratione insignis habentur: solisque omnium rerum moderamine sustinuit. Tandem insimulatus, quod regis arcana detegeret, publicatus ejus fortunis, suspendio vitam finivit. Idem.

Petri Riarii, Savonenfis Cardinalis, frater Hieronymus nomine, nulla majori fortuna, quam frater, cum honestiore se negotio exercere non posset, in patria, vili mercede, publicarum scriba fuit. Is à Sixto IV. Pontifice Foroliviatæ Inno-

lebræ ubium nonnullorumque aliorum locorum principatu honestatus, ad Neapolitani quoque regni Conestabulatum (qui post regem primus est honor) & militarium Pontificis copiarum ducatum ascendit: in cujus manu ita esse Pontificis voluntas putabatur, ut regum principumque legati, item magni antistites, Pontificis aliqua in re assensum cupientes, prius Hieronymum adirent, tanquam ad Pontificis stectendam mentem perneccesarium. Fulg. lib. 6. c. 10.

Habraymus Bassarum apud Solymanum Turcarum Imper. princeps, ignobili pago supra Pergam vicini Buthrotizæ regionis in Epiro natus, more Turcarum præfidum, Christiani nominis puerorum delectus habentium, abductus, Scanderballe principi à prima pueritia servivit. Apud hunc Mahometanis initiatus sacris, stupenda celeritate Arabicè legere scribereque, & cithara scitissime personare didicit: & quod ad muliebres illecebras pertinebat, ingenio mirus, facillimè quoque sermone peritundus, ita in gynæceo gratiam famamque promeruit, ut productus ab uxore ad virum Scanderbassam, viri militaris naturæque severi animum, in omni munere tenioris officii peracutus & dicens, semperque elegans, oblectaret, idèque Solymano, Solymi Imperatoris filio, tanquam festivissimi moris servus dono mitteretur, vivo adhuc Bajazete avo, atque eo etiam jucundas garruli pueri præoces delicias admittente: sic ut cum Solymano ætate sibi æquali educaretur, & ad heri genium cunctis numeris elegantiz responderet. Per hunc modum unice admiratus adolevit, tantique ardentis fortunæ suffragiis usus, usque adeo enituit, ut eum cunctos aula gratia prætervectum, inter purpuratos legeret, & ique defunctæ Scanderballe filiam opulentissimæ hæreditatis in matrimonio collocaret, Memphisque demum præfectura ornare atque ditaret. Exinde Habraymus Hungarico bello totius Europæ equitatus virgister, Belerbecchi nomen obtinuit, & singulari prudentia virgisterque militiz munia implens, Vestris inter purpuratos dignitatem, qua nulla major dari potest, adeptus: quum Solymannus honoribus adactus, ei quoque regii scitissimi sigillum tribuisset, & non modo consilii arcani particeps esset, sed voluptatum horarumque omnium comes autam circum ageret, & toto summæ auctoritatis honore potiretur, ac in immensum crescentis potentiz nomine, à cunctis aula ordinibus usque adeo eminenter cole-

retur, ut nemo jam esset, qui ei parendum esse non duceret, postquam eum tanquam consortem Imperii, vel gravi cum invidia domi & foris amplissimi quique suspicerent. Neque tamen interea ex inimicis animi sensibus à Christiana professione discederat, tactus non dubia religione, Deo Christo vota faciebat, ipsam Mahometis disciplinam usque ad affectationem palam ostentans: scilicet ut impotens tyrannus tatis subnixus opibus, à Christianorum principum odio commutata voluntate in Persas verteretur. Quod præclare agnosci poterat ex perpetuo atque mirifico in mercatores Christianos patrocinio favoreque, quo multa lucra atque emolumenta ex vectigalibus, vel invidis & indignantibus Turcis, parabantur. Ubi autem Solymannus suscepta Persica expeditione malè rem gessit, Habraymo consultiore vehementer iratus, Roxolana lupet uxore, cujus conatibus in filio ad Imperium promovendo solus obstabat, instigante, Constantinopolim reversus, quum interceptas quasdam ejus literas immitti vultu ostenderet, & H an signum agnosceret, ferocibus verbis identidem interrogaret: nocte in cubiculo per eum unicum carnificis munus obire solitum, in pulvino dormitantem, cultro adunco, quod de manu Imperator tradiderat, jugulari curavit, ne fidem falleret ei datam olim, nunquam se ei vivo vitam erepturum.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.

Orto sole, quæstiores suppellectilem atque pecuniam ejus omnem in silicem retulisse constat, ita conturbatè, raptim & diligeret, ut nihil ferè præter dotem miserimæ uxori relinquerent. Hunc vitæ potentiaque suæ exitum tulit Habraymus: quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum regum gratia potentes evaserant, ad exemplum illudentis fortunæ ante obitum fortunator atque felicior fuit. Jovius lib. 33.



A

Virtutis.

Consule Tit. Fortium ducum. Illic Habitus, hic Gloria affectantis habetur ratio.

MATRONE HONORATE.

Thucydes virtutem mulierum eam demum, cujus nulla fortis vel ad vituperium vel ad laudem fama sit, primam censet esse putatque, perinde nomen ac corpus, ocululum probatæ mulieris & oblectum esse oportere. Magis scita nobis videtur Gorgia sententia, non speciem femine debere, sed existimationem vulgo notam esse. Plut. de Vir. mul.

Maria semper virgo benedicta in Deo salutari suo exultans inter cetera & hoc canit: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes terræ. Christus opt. max. de Muliere illa, quæ in domo Simonis leprosi unguento caput suum profudit, quæ loquitur: Amen dico vobis, ubicumque prædicabitur Evangelium hoc in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc, in memoriam ipsius. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Lici, mulieres magis, quam viros honoribus afficiunt, & nomina à matribus accipiunt: tum hereditatem filibus, non filiis relinquunt. Stob. serm. 42. ex Nicolai de Gentium moribus Historia.

Gallorum mulieres inter infestas civis furoris acies ausæ se immittunt, nunc lachrymis, nunc precibus ita illorum animos flexere, ut dissensione obliterata, pacem coirent ac societatem, omneque citra eadem ad propria revertentur: unde apud eos inoleverat mos, diutissime servatus, ut quum de pace belloque consultaretur, mulieres item adhiberentur. Si quæ præterea, ut fit, inter socios incidisset controversia, mulieres intererat arbitra. Quamobrem dignum memoria id est factus, quod cum Annibale Galli inierunt, in hanc sententiam percussum: Si quis Gallorum injuria se à Carthagenensium aliquo affectum quereret, ejus rei Carthagenensium magistratus aut imperatores, qui in Hispania fuerint, judicæ esse debere: Sin Carthagenensium quicum ab ullo Gallorum injuri quippiam passus esset, Gallicas mulieres de ea re judicium facere. Cel. lib. 23. c. 33. A. L.

Mæxæ Helioagabali Imp. avia tributum ferunt, ut in senatu cederet, patres consuleret, & sententiam diceret, ceteraque senioris munia obiret. Alex. lib. 4. c. 11.

SENESE HONORE AFFECTI.

Hic Honor Senectuti impensum consideratur. Honorantis fides suo loco perpenditur.

Quomodo diademata lex & coronam, sic canis natura gloriosum imperatoris insignem majestatis imponit. Etiam nomen regis apud Græcos & ægyptios, id est, honor & honorate, id est, honoratus, id est, à Senibus deductum, venerabile permaneret, non quod balneis calidis utantur, & dormiant mollis: verum quod regum ex prudentia locum in civitatibus obtineant: cujus sicut arboris, que fructus ferotinos edit, peculiare dotes & absolutus in senectute denique natura fundit. Plut. an senectuti r. spub.

VATES, MEDICI, RHETORES, POETÆ honorati.

Vide Tit. Medici, Rhetores, Poete in pretio habiti. Illic qui coluntur: hic Cuius ipse perpenditur.

VIVIS HONORES EXHIBITI.

M. Varro in Bibliotheca, quæ prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubus publicata est Romæ, unius viventis postea imago est. Plin. lib. 35. c. 2.

Sertorii (cui liberum novum Epigrammatum suorum sub Amici nomine Martialis dedicat) imaginem viventis adhuc Martialis in sua bibliotheca posuit. Crinitus de Poetis.

MORTUIS EXHIBITI HONORES.

IN GENERE, ET SPECIE.

Petantur omnia que funeri pompam & ritus concernunt, ex loco de FUNERIBUS, usque Titulus presens illustretur.

HONOR, ESTIMATIO, CLARITAS, REVERENTIA, CONSIDERATA RESPECTU meriti ejus, qui honoratur. Propter quod gloriosi & honorati fuerint.

O B B O N A.

ANIMI. PUTA OB Virtutem in genere.

Dion Syracusanus exul, ob virtutem & eruditionis studium in eis omnium amorem, publicos quoque honores & decreta esse apud civitates consecutus. Lacedæmonii offensa contemp-

ta Dionysii tyranni, quamvis mitteret eis id temporis prompta E. contra Thebanos auxilia, civitate quoque eum donavere. Plut. in Dione.

Eruditionem.

De Christophoro Longolo multa præclara judicicia principes viri fecere. A rege Hispaniæ Philippo duodeviginti annos natus, sanctioribus illis reconcidantur rerum notis, quibus hodie unis omnia propè regnorum arcana committuntur, præfectus, à principibus Hispaniæ magno proposito premio accersitus, ut regem puerum optimis artibus institutum susciperet. A Ludovico XII. Francorum rege non unius aut alterius suæ diuisionis urbium, sed universi regni viribus uno edicto est donatus. Consili centumviralis Parisiensis jurati summo eum consensu in collegium suum cooptarunt, habiturum in perpetuum jus vitæ & necis, ac summam fortunarum omnium potestatem, non in plebem modò, sed in omnes regni proceres. Vicefimo octavo ætatis anno à Leone V. Papa & Rom. populo civitas et Romana ultro est oblata, virtutisque & literarum ergo civis factus. Quæ res quamquam initio multarum illi turbaturum causa fuit, multis tamen incidentibus, nonnullis verò nobilissimis viris eum oppugnantibus, & virtuti ejus obtrahentibus, ita ut etiam perduellionis crimine accusaretur, tamen optime cecit, nonneque ejus & gloriam magnopere auxit. Postquam enim amicorum cura defensionis ejus in lucem prodiret, ita ab omnibus fuit probate, ut multi dicerent, non Longolium civitatis donatione ornatum, sed ipsi civitatem illi orationibus ornasse, in quibus civitati vetera sua ornamenta omnia restituisse videretur. Principi verò ita placuere, ut oblitus penè, quid adversarius ejus tribuisset, quem paulo ante, nulla magis re alia motus atque eger in Longolium actione, in familiarium numerum receperat, protinus juberet, ut diplomata Longolo expedirentur, quibus tantum esset, quod S. P. Q. R. de eive cum asciscendo decrevisset præterea quod ipse de privato arario ad tuenda studia ejus concessisset, atque ad eum, ubicumque terrarum esset, deferretur; ea tamen lege, ne sedem studiorum alibi quam in Italia poneret. Multis præterea honoribus affectis: nam in Palatinæ & Lateranensis aula comitatum sua sponte cooptavit, & in Romani Pontificatus scribarum numero esse voluit. Eum populus Florentinus non solum in civitatem suam ad instituentem bonis artibus juventutem invitavit, verum etiam vicena quina in annos singulos sequesterium numum millia ex arario publico decrevit. Auctor vita.

Fortitudinem.

L. Sicinius Dentatus, cum centies vicies prælio victor fuisset, & 45. cicaribus advero corpore habuisset, digna tantæ virtutis præmia accepit. Cepit enim ipolia 34. donatus est hastis puris 15. phaleris 25. torquibus tribus & octoginta, armillis 160. coronis 26. videlicet civica 14. aureis 8. muralibus 3. obdionali una, &c. Plin. de Vir. illust. Blon. lib. 6. Rom. triumph. Alex. lib. c. 18.

C. Marius Cæcilius uno tempore mille, qui fuerant strenuè præliati contra Cimbricos, civitate donavit. Quod ut factum contra leges, cum reprehenderent nonnulli, dixisse fertur, Leges se per armorum strepitum exaudire non potuisse. Plut. in Mario.

Probus, qui postea ad Imperium Romanorum evectus est, cum bello Sarmatico jam tribunus multa fortiter fecisset, hastis puris quatuor, coronis vallariis duabus, corona civica una, vexillis puris quatuor, armillis aureis duobus, torque uno, & patera sacrificiali aurea quinqueque libris, una pro concione donatus fuisse memoratur. Alex. lib. 4. c. 18.

Liberalitatem.

In Gallis magna fame grassante, Anno 1123. Carolus Flandriæ Comes singularem munificentiam gloriam conciecutus, quod innumerabile tenuloris sortis multitudini diversis in locis necessaria victus quotidie suppeditari. Contin. Sigeb. Chron. Flandriæ.

CORPORIOB

Robur.

Ex Tit. Pugnatorum, petantur exempla. Item ex Tit. Roboris corporis præmia, honores. Item ex Tit. Statue ob robur posite. Eiusdem rei respectus diversus diversis sortitur classes.

Sexum.

Consule Tit. Sexus honor datus. Illic Honoris cum iustitia juncti ratio habetur, hic vero simpliciter.

A

FORTUNE. O B.

Patriam claram.

Aristoteles Stagirita cuidam gloriant, quod esset à magna celeberrime civitate, dicebat: Hoc nihil referre, sed, ac celeberrima patria dignus esset. Laert. lib. 5. c. 5.

Themistocles ab ignobili quodam jurgio exceptus, quod non ipse, sed Atheniensibus eum honorem Spartani exhibuissent, ita occurrit fertur: Res sic habet, ut aisi, neque ego si Bibliocritum forem, sic à Spartanis honoratus essem: neque tu si etiam Atheniensis. Sic Herod. Plutarchus Scripsum eum hominem fuisse ait, à quo convito factus, quod eum Athenarum celebratis, non virtus illustrasset, ita responderit: Sunt hæc, hospes: at neque ego si Scripsum fuisse, ignobilis forem: neque si in Athenis, clarus fuisse unquam. Sa. bell. lib. 2. Emend. 3.

Alverni olim, cum gloriarentur, se orturos à Trojanis, propterea dicebant Romanorum fratres. Hinc illud apud Lucanum lib. 1.

Alvernicæ ausi Latios se fingere fratres Sanguine ab Iliaeo populi.

Orum clarorum civium.

Bethlehem ob Messia benedicti natales sic extollitur à Propheta Michea, ut inter Principes Juda nequaquam postrema recenseatur. Ex te enim (inquit) egredietur dux, qui reget Israel. Matth. 2.

Homericæ patriæ & parentis ignorant. Eustathius causam affert, quod ne ipse quidem hoc profectore voluerit, ut ex hac concertatione urbius & populorum inter se, sibi plus auctoritatis acquireret. Pindarus Chium & Smyrnarum fuisse affert, & in Chio adhuc Homeridum genus superesse. Simonides Chium, Antimachus & Nicander Colophonium, Aristoteles Jenem, Ephiobus Cumanum, & Herodotus Cumanus ex Æolia, natum tamen ad Meletem fluvium Syryne Cumanorum Coloniam. Alii Salaminium & Cyprio, Aristarchus & Dionysius Thrax Atheniensium. Hesiod. in 3. Æthiop. Thebanum ex Ægypto facit. Alii Babylonium, Svidas etiam Lucanum, aut, si dâs placet, Romanum à nonnullis appellari, scribit. Videtur sane Græcus fuisse, & concertationem hanc propter Homerum peregrinationis ortum. Elegans est distichon de versibus istis, quæ de Homeris natalibus concernunt.

Quæ urbes quibus civibus, armorum aut literarum nomine claris, gloriuntur, ex Strab. Geographia videre licet.

Thebaniam Atheniensis præstantiores habent civis, Calistram Atheniensis & Epaminondas Thebanus invicem in conventu Arædum discerunt. Probus in vita Epam.

P. Papinus Statius pater, propter eruditionem nomen suum tam fecit celebre, ut duæ urbes Sella Epitrotarum, & Neapolis Cumanorum de ejus patria crederent. Eundem Domitianus Imp. discipulus Albano certamine aurea donavit corona.

Carolus Magnus, Pipini Francorum Regis, qui sub Hildericò rege Major domus erat, & Bertrici filia Heracii Constanti-nopolitani Cæsaris filius, natus est in Inghelheim villa, quæ duobus distat milliaribus passuum à Moguntiacis, ubi in igne palatium exstruxit, cujus vestigia hodie certantur. Germanum fuisse, & patriæ & linguæ aretinarum, cui rei fidem faciunt Mentium & Ventorum nomina Germanicæ ab illo primum indita. Cusp. Et tamen de ejus natalibus disgladantur inter se Galli & Germani: his ortam Inghelheimensem, illis jus Franci-cæ regni præcedentibus & urgentibus. Ceterum ut certamen istud non nisi in magnorum Principum gratiam sit, ita rectissime sententiæ ferri potest, illos ex Caroli sanguine descendere, quod illius virtutes melius expresserint. Vide Cusum Car-din. lib. 3. de concordia inter Anglos, 13. & Cusp.

Franci, Petrarche per iter factionum causa Florentia pulsus, Aretinum venit, & ibi prope amicus est. Aretini tamen fecerunt Petrarche natus, ut cum semel illic casu veniret, illi obviam irent eum pectus & crucibus, & innotorum reliquis, & promissis memoria ac civitatis ornamento statuerint domum, in qua natus esset (vicin appellatur) horum & Petrarche domum perpetuo appellari, & quo erat statu, semper de

publico conservari. Florentia nec petenti, neque speranti, & E redendi ad patriam fecit potestatem, & paterna omnia bona restituit. Hier. Sgarzaficus in vita Petrarche.

Joannes Calabria Dux, Renati Siciliæ regis filius, in Caroli Burgundi subsidium contra Ludovicum XI. Gallia Regem insignem ducebat equitatum ex utraque Burgundia, pedes vetò non ita multos, & inter hos circiter quingentos Helvetios, qui primi omnium suæ gentis nostris temporibus in Galliam venerunt, & sua virtute reliquis nomen & auctoritatem magnam conciliarunt. Phil. Comineus lib. 1. Hist.

Sepulchra virorum clarorum.

Cum Hefiodus ob suspicionem interfectus esset in Loctis, & cadaver ejus abjectum in mare, delphinorum agmen illud excepit, in Rhium expulit. Illic cum Locrensis sacrum ex more petagerent, & recens Hefiodi cadaver agnoscerent, rebus omnibus omissis, cadis auctores vestigarunt: eos comprehensos, vivos in mare præcipitarent, ac domos incendunt. Hefiodum in Nemeo sepelierunt: sed occultatum sepulchrum propter Orchomenios, qui mox in oraculo, conabantur viri reliquis apud se servare. Unde consentaneum est, quem admodum Homeri nativitate permulta urbes sibi vindicant, ita Nemeos simul & Orchomenios Hefiodi sepulchrum sibi asserere. Eaque propter Pindarus in Epigrammate suo Hefiodum dicit ad se avitiorum vocat. Erasim. in Adagii.

Sepulchrum & memoriam Euripidis in urbe Pella eo Macedonia dignati sunt honore, ut in gloria quoque loco præcederent.

Nulla atate tua Euripidis monumenta peribunt.

Postum autem est ejus sepulchrum, auctoribus Plinio & Vitruvio, inter duos confluentes rivus, alterum saluberrimum quidem potus, alterum vetò mortiferum. Atheniensis quidem eo mortuo, in Macedoniam legatos petium miserunt ejus ossa quibus cum negata fuissent, inanem nihilominus tumulum struxerunt. Strabo, in Argivorum foro sepulchrum Euripidis ait fuisse, appellatumque Pimithum. Gyrard. in Hist. Poet.

Nobilitatem generis.

Atheniensis se indigenas, ab eaque quam incolabant terra procreatos & enutritos, nobilitatem suam prædicantes gloriabantur. Hoc docet Lyfias in funebri concione, ac sylvium exercens. Plato in Menexeno. Thucyd. interpret. Epip. 3. ritryas, dicit ad quendam, & dicit ad alios, dicit ad alios, dicit ad alios, dicit ad alios. Hinc vestigiis. Atheniensis ipsos in hoc innotenter se jactantes audiens Antisthenes, nihil esse eos bruchis & simacibus nobiliores tucclamavit.

Malabares Indi, nobilitatis observatores summi, bellico studio eam jam inde à majoribus mectuntur & circumstant: apud quos neque nobilitatem obcurari flagitium, neque generis nobilitatem illustrari virtutum concessum est: sed omnibus est illa conditio necessario subeunda, in qua majores illorum versati sunt. Oros. lib. 1. rerum Rom.

Cum Alphonsium Aragonum Regem clarissimum quidam à nobilitate maxime laudaret, quod scilicet esset Rex, regis filius, regis nepos, regis frater: Rex hominem interpellans, dixit: Nihil esse, quod in vita minoris ipse duceret, quam quod ille tanti facere videretur. Laudem enim illam non suam, sed majorum suorum esse: quippe qui iustitia, moderatione, atque cum excellentia sibi regnum comparassent: successibus quidem oneri regna cedere: honori tunc demum, si virtute potius, quam testamento illa suscipiant. Panorm. lib. 2. de H. Rebus gestis Alfonso.

Præceptiones.

Socratis benevolentia & amicitia tantum parum Alcibiadi momenti attulit ad gloriam. Si quidem Nicias, vel Demosthenis, vel Lamachii, vel Phormionis, vel Thrasybuli, vel Thebamenis illustrium illius ætati virorum, horum inquam nullus, ne mater quidem, ullius est scriptis nominata: Alcibiadis vero etiam nutrice Lacænan natione, nomine Amyclam, & Zopyrum novimus pedagogum: quorum hujus Plato, illius Antisthenes meminit. Plut. in Alcibiade.

Virtuosi Athletæ.

Tametsi in omnibus Græcorum certaminibus coronabantur Victores coronis certis, tamen mos omnibus fuit, ut ubique locorum palmam altera manu gestarent redentes, ut ait Pausan. in Arcad. tanquam erat patriæ gloria, ut multa millia passuum



